cum multos hodieque videamus
ne evangeliis quidem cre-
didisse

a Martino autem sepe
angelos visos fami-
liariter et sermocinantes cum eo ex-
perti sumus. Rem minima
dicturus sum sed tamen dicam.
Apud Nemausum episcopo-
rum synodus habebatur. Ad
quam quidem ire noluerat
sed quid gestum esset scire
cupiebat. Casu tum eo iste
Sulpicius navigabat sed
procul ut semper a ceteris
in remota navis parte re-
sidebat. Ibi ei angelus quid
gestum esset in synodo nuncia-
vit. Nos postea tempus ha-
biti concilij sollicite requi-
rentes satis compertum ha-
buimus ipso die fuisse con-
ventus et ea ibi ab episco-
pis fuisse decreta que Mar-
tino angelus nunciaret. Hec
cum maxime Gallus noster dix ex-
plicit que statuerat referre
loqueretur puer familiaris
ingressus est nuncians refri-
gerium presbyterum stare pro-
foribus. Dubitare cepimus
utrum Gallum adhuc esset
melius audire an exoptati-
ssimo nobis viro qui officij
causa ad nos veniebat occur-
rere. Tum Gallus Etiamsi
non ob adventum sanctissimi sacer-
dotis relinquenda nobis hec
esset oratio nox ipsa cogebat
huc usque protractum finire
sermonem. Verum quia domini Mar-
tini virtutibus nequaquam
explicari universa potue-
runt hec vos hodie audisse
sufficiat cras reliqua dicemus.
Ita pariter accepta Galli
sponsione surreximus.

Explicit liber tercius de vita
sancti martini